

NvK an Thomas Ebendorfer. Responsio auf mehrere ihm von diesem zugestellte Fragen über die Rechtmäßigkeit der Verlegung des Basler Konzils nach Ferrara.

Kop. (1444?): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 85 f. 392^v–396^v. Zur Hs. s.u.a. Kallen, *Handschriftliche Überlieferung* 33–41: etwa 70, sich vornehmlich auf das Basler Konzil beziehende Schriftstücke aus dem späteren Besitz des wittelsbachischen Kanzlers Widmanstetter.

Druck: RTA XV 765–772 Nr. 352.

Erw.: Vansteenberghe 77f.; Heinz-Mohr, *Unitas* 89–91; Brück, *Nikolaus von Kues in Mainz* 28–30; Härten, *Konstanzer Dekrete* 390–393; Meuthen, *Dialogus* 35 und 87ff. (Parallelstellen zum *Dialogus*); Stieber, *Pope* 230.

Der terminus post quem ergibt sich aus der Bezugnahme Z. 204ff. auf die Rede des NvK vom 27. März; s.o. Nr. 475 und 476. Angeregt durch sie formulierte Ebendorfer einen Fragenkatalog. Die Fragen selbst sind nicht erhalten, können aber aus Nr. 481 im einzelnen leicht erschlossen werden, da NvK sie, teils wörtlich, wiederholt. Sie sind eigens zusammengestellt RTA XV 566f., wo auch 567–569 eine detaillierte Inhaltsangabe von Nr. 481 geboten wird. Die komplizierten Schlussfolgerungen a.a.O. 566 und 575, die dennoch nicht zu einer “sich von selbst ergebenden” Feindatierung (765 Anm. 4) “zwischen März 30 und April 5” (so RTA 765) führen, lassen jedenfalls die auch noch recht genaue Datierung “um April 1” zu.

Peciit p. v., venerande magister Thoma, sacre theologie professor, orator serenissimi domini nostri Romanorum regis, informari de certis hic per ordinem subscriptis in forma, ut misistis: an pretextu ‘parvi decreti’²⁾ concilium Basiliense videatur legitime translatum; et quid dicendum, quod presidentes ipsum non approbaverunt, dum legendum erat in publico, ut dicitur.³⁾ Item ex quo dominus E. ipsum dicitur cassasse.⁴⁾ Item quia translacionem istam in secunda dissolutione potius in plenitudine potestatis quam in decreto videtur fundasse. Hec sunt verba vestra.

Cum supportacione dico quo ad primum: virtute decreti, quod adversarii dicunt ‘parvum decretum’, ycumenicum concilium Ferrarie rite constitutum, per cuius constitutionem concilium Basiliense <fuit translatum>⁵⁾, cum in una ecclesia non possint esse duo ¹⁰ concilia universalialia⁶⁾, ut habet etiam allegata viii sessio Basiliensis per adversarios⁷⁾; nam concilium Basiliense in decreto convencionaliali 19. sessionis consensus concilium ycumenicum, si in Basileam Greci consentire nollent, celebrari deberi in locis et regionibus in eodem decreto nominatis, ‘iudicans propter locum non’ esse negocium ‘tantum’ deserendum, reservavitque sibi concilium potestatem locum eligendi ex ibi nominatis atque por- ¹⁵

1 über dem Text Responsio N. de Cuß Thome de Haselbach 2 de certis: decretis 10 <fuit translatum>: <est dissolutum> RTA 12 convencionaliali: convencionalarli verbessert aus convencionalarii 13 deberi verbessert aus debere 14 esse: esset 14–15 deserendum: deferendum

1) Die Abschrift könnte wegen der Übereinstimmung nicht nur der Schreiberhände sondern auch im ganzen Schriftduktus zur gleichen Zeit wie Nr. 599 entstanden sein.

2) Das Minoritätsdekret von 1437 V 7; COD 512f.

3) Vgl. dazu unten Z. 34ff.

4) Ebenso unten Z. 37f.

5) In den Translationsbullen Doctoris gentium von 1437 IX 18 (CF I, I 97) und Pridem ex iustis von 1437 XII 30 (CF I, I 11f.) sowie in der ersten Session von Ferrara 1438 I 8 (COD 513f.) ist stets nur von einer Translation die Rede.

6) S. auch Nr. 475 Z. 21f.

7) Dekret Sicut unica von 1432 XII 18; COD 464f. (dort 465 Z. 3f.). Vgl. auch Nr. 526 Z. 15ff.; Nr. 599 Z. 186f.

tum accomodum nominandi, ad quem Greci duci deberent.⁸⁾ Processum est igitur, ut venerabilis pater magister Iohannes Polmar auditor casum posuit, quem cum istis mitto⁹⁾; ex quo constat presidentes et dominum nostrum consensisse etc. Unde quia constat ex casu electionem de Auinione, eciam si prius valida fuisset, sicut tamen non creditur, per ordina-
20 tionem concordantem concilii¹⁰⁾ ‘post lapsum’ termini irritam et cassam fuisse nec constat de aliqua alia electione quam de illa, quam fecerunt presidentes apostolici cum adherentibus, igitur nichil habet dubii illa loci electio facta per illud decretum presidentum.¹¹⁾ Eciam ubi adversarii dicunt, quod concilium potuit recedere ab illa ordinatione, et dominus auditor ostendit parte presidentum non consensiente non potuisse¹²⁾, sicut eciam dominus Ludouicus de Roma pie memorie ad hoc probandum allegavit solempniter¹³⁾, ibi, ut omnis
25 scrupulus tollatur a mente vestra, sciatis, quod si potuisset concilium tollere aut recedere ab illa ordinatione, tamen non recessit aut immutavit ante electionem duorum presidentum et eis adherencium¹⁴⁾; sed stante casu, quo cassata fuit prima electio Auin(i)onensis per lapsum termini secundum ordinationem concilii, ante aliam provisionem concilii¹⁵⁾ contra

21 vor presidentes getilgt Basiliẽ

⁸⁾ *Decret* Sicut pia mater von 1434 IX 7; COD 478–482 (s.o. Nr. 448 Anm. 22). Dort sind genannt (480 Z. 13–15): Calabria, Ancona vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum vel alia civitas in Italia; extra Italiam Buda in Hungaria, Vienna in Austria et ad ultimum Sabaudia.

⁹⁾ *NvK bezieht sich hier offensichtlich auf die Quaestio cui parendum sit des Johannes de Palomar; Döllinger, Materialien 414–441. Hier ist ausführlich, teilweise wörtlich übereinstimmend mit NvK (vgl. etwa Nr. 448 Anm. 25), von der Behandlung der Griechensache auf dem Basler Konzil, im besonderen auch vom Verhalten der Legaten die Rede. Die Erwähnung der Klerusversammlung zu Bourges, Ende August – Anfang September 1440 (Döllinger 426f. und 441; vgl. auch Valois, Pape II 206 Anm. 3), gibt den terminus post quem der Quaestio an. In RTA XV 765 Anm. 11 ist statt auf Palomars Quaestio auf die Historia de initio dissidiorum inter concilium et papam bei Mansi XXXIA 197–206 verwiesen, die aber erst 1443 entstand; Mansi XXXIA 202E. Vgl. auch MC III 1319; Valois, Pape II 304 Anm. 5. In der Quaestio erwähnt Palomar im übrigen auch die Reise des NvK nach Konstantinopel (Döllinger 440f.): Et pro huius rei (Unionskonzil) executione electi ambactiatores dominus episcopus Portugalensis et dominus episcopus Dinensis et dominus Nicolaus de Cusa, qui iverunt Constantinopolim cum galeis, ballistariis et pecuniis necessariis et duxerunt imperatorem et patriarcham Constantinopolitanum et alios Grecos ad portum Venetiarum. Zur Entscheidung der beiden Konzilsparteien über den Ort: Invitis et renitentibus presidentibus sacri concilii, legatis sedis apostolice et aliquibus aliis, lex illa (nämlich die für den Fall vorgesehene concordia, daß die Avignonesen innerhalb einer bestimmten Frist nicht zahlen) revocari non potuit . . . Et quoniam illa minor pars habet pro se totam universitatem seu totius universitatis consensum (s.o. Nr. 448 Z. 60f. mit Anm. 25) et totum maius est sua parte quamlibet magna etc. . . . Et totum ius universitatis residet in illis, qui, illam observantes, loca eligibilia nominaverunt iuxta superius allegata. Fuerunt igitur prenominati episcopus Portugalensis et episcopus Dinensis et Nicolaus de Cusa ambactiatores concilii et ab ipsis nominatus portus Venetiarum.*

¹⁰⁾ 1437 II 23; Mansi XXX 1121; MC II 936; Ceconi, *Studi CCLXXXIX–CCXC Nr. LXXXVI. Darin die Bestimmung, falls die Avignonesen binnen 30 Tagen die vereinbarten 70 000 Gulden nicht zahlen: ex tunc ipsum sacrum concilium possit et teneatur ad electionem alterius loci pro ycumenico concilio celebrando procedere et sibi ac universali ecclesie aliunde providere. Der Text dieses Konzilsbeschlusses ist auch in der genannten Quaestio cui parendum des Johannes de Palomar in extenso wiedergegeben; Döllinger, Materialien 431f. Vgl. im übrigen die bei Nr. 469 zu Z. 102–115 angegebenen Dokumente.*

¹¹⁾ *Das Minoritätsdekret nennt: civitas Florentina aut Utinum . . . seu quicumque alius locus tutus in decreto (nämlich der 19. Session) comprehensus, summo pontifici et Graecis accomodus. . . , qui citius paraverit . . . necessaria.*

¹²⁾ *Ebenso Nr. 520 Z. 320f. Die betreffende Stelle bei Palomar: Döllinger, Materialien 441; s.o. Anm. 9.*

¹³⁾ *S.o. Nr. 476 Anm. 34.*

¹⁴⁾ *Ebenso Nr. 520 Z. 316f. Dasselbe unten Z. 31f.*

¹⁵⁾ *Wiederaufnahme des Textes von 1437 II 23 (s.o. Anm. 8): et sibi usw. providere.*

prius ordinata et concordata electio facta est, ut in casu habetur. Quare illud argumentum 30
de posse, cum non reperiatur ad esse deductum ante electionem presidentum et adheren-
cium, quo tempore libero valide elegerunt, nichil obstat, ut cuilibet clare constare pot-
erit.¹⁶⁾

Item illa duo, que de presidentibus, scilicet quod non approbarunt, et de cassacione do-
mini nostri Eugenii dicta sunt d.v.¹⁷⁾, aliena sunt a veritate. Primum constat ex casu et de-
creto, quod dat presidentibus potestatem exequendi et mittendi etc.¹⁸⁾; qui me miserunt.¹⁹⁾
2^m constat ex bulla approbatoria et confirmatoria domini nostri²⁰⁾ pridie lecta publice et ex
bulla translacionis concilii ad Ferrariam.²¹⁾ Et si forte ipsi adversarii dicunt, quod papa nec
ad Florenciam vel Utinum, sed Ferrariam transtulit, que non reperitur nominata in decreto
illo, dicitur, quod in decreto additum reperitur: 'vel alium locum in decreto comprehen- 40
sum' gratum domino nostro 'ac Grecis, qui' prius 'paraverit necessaria'²²⁾; modo Ferrara
comprehendebatur in decreto sub illa clausula decreti 19. sessionis: 'vel alius' locus 'in Yta-
lia'.²³⁾ Quare Ferrara fuit etiam locus electus et receptus a papa et Grecis etc.

Item quo ad hoc, quod papa videtur se in plenitudine potestatis fundare, dico: quod papa
fecit in translacione concilii ad Ferrariam duplicem translacionem²⁴⁾: unam propter vitare 45
scisma post monitorium²⁵⁾, et illa fuit 'condicionalis', si non desisterent²⁶⁾; et quia prius pro
'Grecorum adventu' confirmaverat decretum electionis presidentum et post confirmacio-
nem emanavit monitorium, propterea, quia hoc decretum presidentum confirmavit et non
Auinionem, hi<n>c fecit 'ante adventum Grecorum translacionem concilii condicional-
lem', si non revocarent monitorium scandalosum, et ex plenitudine potestatis propter vi- 50
tare scisma et ne Grecorum negocium sic turbaretur.²⁷⁾ 'Transtulit concilium' etiam 'ante
adventum Grecorum' in casu quo non desisterent a processu²⁸⁾; et in hoc non est usus de-
creto illo presidentum, quod adversarii 'parvum decretum' dicunt, sed plenitudine potesta-
tis 'ex causis rationabilibus' predictis.²⁹⁾ Sed ycumenicam synodum non tantum fundat in
plenitudine potestatis, sed et in decreto predicto, ut hec ex bulla translacionis videri pot- 55
erunt.

Queritis consequenter, quomodo iustificari possit dissolutio stante tenore decreti con-
vencionalis cum Grecis in hoc puncto, quod post adventum Grecorum ad portum Latinum

¹⁶⁾ Zur Argumentation des NvK (mit entsprechenden Parallelstellen) s.o. Nr. 448 Anm. 26.

¹⁷⁾ S.o. Z. 4f.

¹⁸⁾ COD 513 Z. 18-21: ut legati ac praesidentes apostolicae sedis vocatis patribus, de quibus eis visum
esset, oratores ad conducendum Graecos et praemissa exequenda eligant.

¹⁹⁾ Nr. 294.

²⁰⁾ Bulle Salvatoris von 1437 V 30; CF I, I 64-70 Nr. 66.

²¹⁾ Bulle Doctoris gentium; s.o. Anm. 5.

²²⁾ S.o. Anm. 8.

²³⁾ COD 480 Z. 14: vel alia civitas in Italia.

²⁴⁾ Vgl. dazu Nr. 469 Z. 121-123 mit den weiteren Belegen in Anm. 44.

²⁵⁾ Cum Christi ecclesia 1437 VII 31; Mansi XXIX 137-141; MC II 1010-1013.

²⁶⁾ In der Bulle Doctoris gentium (s.o. Anm. 5) heißt es, die Verlegung nach Ferrara erfolge (CF I, I 97 Z.
22-24): si et in quantum usw. in obstinato proposito suo perseveraverint vigore . . . monitorii. Etwas später
(98 Z. 1-6): Hanc translationem, in quantum predicti Basilee existentes non resipuerint . . . , locum habere
. . . ante ipsorum Grecorum adventum. Ipsi autem Grecis venientibus usw. pure, libere et simpliciter
transferimus. In der späteren Bulle Pridem ex iustis bezeichnet Eugen IV. die in Doctoris gentium verfügte
Translation als conditionalis provisio; CF I, I 111 Z. 17f. S. auch Nr. 469 Z. 121-123 und Nr. 520 Z. 191-193.

²⁷⁾ So häufig; s. etwa Nr. 520 Z. 432f.

²⁸⁾ So in der Bulle Pridem ex iustis von 1437 XII 30; CF I, I 111 Z. 24ff.

²⁹⁾ So die Arenga: Pridem ex iustis et rationabilibus ac urgentissimis causis.

eis per concilium designatum debeat ipsum concilium per mensem durare Basilee³⁰); et hoc
60 ipsum dicitur continere ‘parvum decretum’.³¹) Dico ut prius: Translacio ante adventum
Grecorum condicionalis post confirmationem decreti illius, quod adversarii ‘parvum’ di-
cunt, fundatur in plenitudine potestatis, ut predixi. Et verum est, quod Greci timebant,
quod concilium ante eorum adventum dissolveretur et quod tunc non posset eis de promissis
satisfieri per concilium. Quare extorquebant illam obligationem de non recedendo a Ba-
65 silea etc., quam eciam, ut ponitis, illud decretum presidentum observari voluit. Sed post-
quam papa per confirmationem decreti illius presidentum et missionem ad Greciam recepit
in se onus illa promissa per concilium expediendi, cessat causa et obligacio; ymmo, ut pos-
sit Grecis promissa servare de ycumenica synodo et non impediretur per frivolos processus
Basilien(sium), artabatur ante tempus translacionem facere de potestatis plenitudine. Unde
70 etsi illa translacio eciam fuisset irrita ante Grecorum adventum, non impedit, quin conci-
lium ycumenicum per confirmationem decreti presidentum prius ante translacionem suam
et monitorium Basilien(sium) factum rite et canonice per Grecorum adventum fuerit resti-
tutum; ad quod <secundum> decretum convencionale 19. sessionis illi de Basilea ‘infra
mensem’, postquam sciverunt Grecos in ‘ultimo portu’ esse, venire obligabantur.
75 Subiungitis: Item scitis, que allegantur impedimenta prestita per diversos nuncios do-
mini E. et in Auinione³²), Basilee et Constantinopoli, ne Greci venirent Basileam extra Yta-
liam, ad finem ut in Ytalia eciam decreta Constanciensis concilii in dubium verterentur, ut a
Paduano olim percepti.³³) Ad hoc dico: quod non probabitur s. d. n. quo ad Grecos impedi-
mentum fecisse, ne Auinionem venirent, quia, ut nuper dixi³⁴), de mandato s. sue et domi-
80 norum presidentum obtulimus Grecis, ut venirent, si vellent, Auinionem cum galeis Au-
nionensium; et huius copiam mandati³⁵) ostendi. Sed ne Grecorum negocium destrueretur,
qui Auinionem nolebant venire, et ne Auinionenses deciperentur, avisati sunt Auinio-
nenses, ne impedimentum prestarent in re impossibili.³⁶) Neque tamen, ut predixi, impedi-
mentum per d. nostrum prestitum doceri poterit neque presumi debet, postquam in ultimo
85 Grecis volentibus assensum prebuisset, ut premittitur. Eciam hec allegacio est frivola, quia
Auinionenses eciam prius ante numeracionem pecunie petiverunt decretacionem loci et de-
cime atque portus³⁷), et fuit denegata³⁸); deinde conventum est in concilio, ut predicatur.

87 denegata: denegatus

³⁰) *COD 481 Z. 31–34* heißt es allerdings etwas anders: infra mensem nach Ankunft des Kaisers der Griechen concilium se transferet ad unum de praedictis locis nominatis.

³¹) *Das ist ein Irrtum. Allerdings wird wie in der Konvention Sicut pia mater der Fortbestand des Konzils in Basel per totum tempus in decreto comprehensum bestimmt; COD 513 Z. 17f.*

³²) *Vgl. dazu etwa MC II 956; CB V 215–222, 234 und 285–287; Zbhisman, Unionsverhandlungen 178.*

³³) *Pietro Donato, B. von Padua, einer der päpstlichen Konzilspräsidenten, bis 1436 V 21 in Basel; s. RTA XV 767 Anm. 3. Dazu A. Niero, L’azione veneziana al Concilio di Basilea (1431–1436), in: Venezia e i concili, Venezia 1962, 21f. mit Literatur in Anm. 90.*

³⁴) *In keinem der überlieferten Schriftstücke direkt nachweisbar; doch bietet die Denkschrift der Basler (RTA XV 792 Z. 6–9; s.o. Nr. 295a vor Nr. 297 Anm. 9) zumindest einen indirekten Hinweis auf die entsprechende Argumentation des NvK während des Mainzer Kongresses.*

³⁵) *Nr. 295 mit Nachtrag Nr. 295a (s.o. vor Nr. 297) Anm. 9.*

³⁶) *So Eugen IV. in dem Schreiben, das seine Gesandten Eb. Vallaresso von Kreta und Jacobus de Recanatis den Avignonesen 1437 III 25 überbrachten; s. CB I 154 und V 286; Ceccoli, Studi CCCIII f. Vgl. auch Valois, Pape II 11f.*

³⁷) *1437 I 28; MC II 930f.; dazu CB V 181f. Nr. 2.*

³⁸) *Nämlich im Konzilsbeschluss von 1437 II 23 (s.o. Anm. 10).*

Post lapsum termini iterum petiverunt illas decretaciones ante solucionem³⁹⁾, que prius fuerunt denegate; ex quo constat etc. Deinde non erat in negotio electionis loci contencio d. n. et concilii, sed patrum concilii inter se; quare, si qualitercumque eciam hoc impedimentum intervenit, cedula concordie non minus locum habere debet impedimento non obstante. Unde quamvis Auinionenses, qui promiserunt illam pecuniam ita per eos oblatam solveri, licet postea peterent decretacionem premissam, se forte vellent a non-solucione excusare propter impedimentum prestitum pro suo honore, tamen quia cum ipsis non fuit contractus factus, sed inter patres concilii, ideo nichil ad propositum. Et si placuerit d. v. videre allegaciones domini Ludouici de Roma⁴⁰⁾ et aliorum, ostendam. Sed credo, quod non erit necessarium, quia clarissima sunt ista.

Item ubi additis: 'ad finem' etc.⁴¹⁾, dico: quod dominus consensit alio tempore, dum dieta tempore domini Alberti regis esset Nuremberge⁴²⁾, quod concilium Ferrarie inchoatum transferretur ad Alamaniam ad Wiennam, Patauiam, Augustam, Tridentum vel Constanciam. Ex quo patet, quod illa non fuit intencio domini nostri. De domino Paduano dico, quod si concitatus forte aliquando consimilia illis dixit, tamen non ex commissione domini nostri.

Queritis consequenter, quomodo intelligendum sit: 'Si tota ecclesia in materia fidei esset ab una parte et papa in alia sententia, papa sequendus est'⁴³⁾, cum tamen 'spiritus probandi sunt'⁴⁴⁾ etc. et falsa fides eciam ex dogmate prelati ceci simul et cecum ducit in foveam.⁴⁵⁾ Dico: quod hucusque doctores tam theologi quam iuriste tenuerunt in declaracione novi articuli sententiam Romani pontificis, qui dicitur 'princeps in episcopatu fidei'⁴⁶⁾, necessariam; 24. q. 1. 'Quociens', ubi textus⁴⁷⁾, et ibi de hoc alii plures textus⁴⁸⁾ et glo(ss)e.⁴⁹⁾ Idem dicit<ur> quo ad diffinicionem fidei; et reperitur, quod in omni dubio fidei apostolica sedes prior diffinivit et postea hanc diffinicionem ad concilium misit cum potestate se exponendi, si illa fides immutaretur. Et fuit ratio patrum, quia Christus 'rogavit pro fide Petri'⁵⁰⁾; que oracio tante est efficacie⁵¹⁾, ut nullus pontificum in fide seu in iudicio decreverit hucusque aliud quam id, quod catholicum est, tenendum, licet ipse eciam aberraverit aliquando.⁵²⁾

92 oblatam: oblatum 93 se: si 111 postea: per

³⁹⁾ *Anfang April 1437; CB V 213f. Nr. 9. S.o. Nr. 469 Anm. 37.*

⁴⁰⁾ *S.o. Z. 24f. mit Anm. 13.*

⁴¹⁾ *S.o. Z. 77.*

⁴²⁾ *Oktober 1438; s.o. Nr. 373-376. Die folgend genannten Orte erscheinen in den bisher bekannten Akten des Nürnberger Reichstages allerdings nicht.*

⁴³⁾ *Ebenso Nr. 484 Z. 52f.*

⁴⁴⁾ *1. Ioh. 4, 1.*

⁴⁵⁾ *Vgl. Matth. 15, 14 und Luc. 6, 39.*

⁴⁶⁾ *Zitat aus dem Brief der Kaiser Marcian und Valentinian an Leo I. in den Akten des Konzils von Chalcedon; Acta Conciliorum Oecumenicorum II 3, 17 Nr. 27 (tuam sanctitatem principatum in episcopatu divinae fidei possidentem). Erste Nutzung dieser Stelle durch NvK mit genauem Zitat schon in De maioritate auctoritatis (Nr. 174) n. 7 Z. 39f. Von dort übernommen in De conc. cath. n. 61 Z. 18f.; ebenso dort n. 215 Z. 10 wie Nr. 481: principem in episcopatu fidei. In dieser Formulierung auch unten Nr. 599 Z. 262f.*

⁴⁷⁾ *c. 12 C. XXIV q. 1.*

⁴⁸⁾ *c. 5-17 ebendort.*

⁴⁹⁾ *Vgl. etwa Johannes Theutonicus zu c. 12 s.v. fidei: Questionem de fide motam terminare . . . nulli preterquam Romane sedi permittitur.*

⁵⁰⁾ *Luc. 22, 32.*

⁵¹⁾ *S.u. Nr. 520 Z. 606.*

⁵²⁾ *S. auch Nr. 408 Z. 60-62.*

115 Quare tenent omnes doctores, quod 'in cathedra' Petri sit 'doctrina veritatis' fide(i)⁵³,
quod sanctus Ieronimus exponit 24. q. 1. 'Quoniam vetus', cathedram cupiens pro succes-
sore Petri ex cathedra decernente aut docente⁵⁴), et 7. q. 1. 'Factus est'⁵⁵), 93. di. 'Qui ca-
thedram'.⁵⁶) Et hinc dicit glo. xxiii q. 1. 'Quodcumque'⁵⁷), 'quod deus ecclesiam errare non
120 permittit'. Et fuit consideracio sanctissima doctorum hoc ex ewangelica veritate asseren-
cium, ne fidelium ecclesia non rite censeatur 'fundata super' firmam 'petram'.⁵⁸) Unde⁵⁹) si
commissa est ecclesia uni summo pastori Petro et eius successori et si fidelibus committitur,
ut audiant pastorem 'et faciant, que dicunt' pastores, et ei obediunt, tunc s(cilicet) non de-
buerunt fideles obligari ad impossibile. Et si in ecclesia certa spes fidelibus esse debuit, ut
125 dicit Augustinus⁶⁰), necessarium est dicere, quod summus prelatu s et pastor non possit se-
ducere fideles in doctrina; nam si posset seducere, nulla esset firmitas fidei neque certitudo,
an in fide esset ecclesia. Quare etsi eciam hoc possibile foret, quod uno tempore aliqua doc-
trina emanaret ab illa sede, que alio tempore non reperiretur catholica, adhuc illa doctrina
salvaret pro tempore eos, quibus commissum est facere et obedire, sicut viden(tes) formam
baptissmi secundum aliqua tempora catholicam et salutarem fuisse, puto: 'Baptiso te in no-
130 mine Christi', vel: 'trinitatis'; que tamen alio tempore non est salutaris.⁶¹) Ita dicit sanctus
Augustinus de sancto Cipriano⁶²) et 80 episcopis⁶³) in concilio, qui doctrinam habuerunt
hereticos non baptisare.⁶⁴) Ob quam tamen opinionem non fuerunt nec ipsi nec subditi he-

116 Quoniam: Quando 117 decernente aut docente: decernens aut docens 118 ecclesiam:
eum 123 fideles: fidelibus 129 baptissmi *verbessert aus* baptissime 132 Ob *verbessert aus* Ad

⁵³) *Im Dialogus* (Nr. 488) n. 29 Z. 5 *zitiert NuK dafür Augustinus, nämlich Ep. 105 c. 5 § 16; CSEL XXXIV 609 Z. 18–21. S. auch* Nr. 520 Z. 606; Nr. 599 Z. 336.

⁵⁴) c. 25 C. XXIV q. 1: cum successore piscatoris . . . loquor. Ego . . . beatitudini tue, id est cathedrae Petri communionem consocior *usw.*

⁵⁵) c. 5 C. VII q. 1.

⁵⁶) c. 3 D. XCIII.

⁵⁷) *Johannes Theutonicus zu c. 6 C. XXIV q. 1. s.v. Reconciliat: Nisi erraret Romana ecclesia; quod non credo posse fieri, quia deus non permitteret.*

⁵⁸) *Matth. 7, 25; Luc. 6, 48. Ähnlich* Nr. 599 Z. 339f.

⁵⁹) *Das Nachfolgende ähnlich im Dialogus* (Nr. 488) n. 19 Z. 12–29 und unten Nr. 520 Z. 600ff. *Im Hintergrund steht der Text der Konzils-Responsio Cogitanti; s. MFCG VIII 96f.*

⁶⁰) *In RTA nicht identifiziert. Im Dialogus n. 29 wird Augustinus, Ep. 105 c. 5 § 16 (CSEL XXXIV 609) und Contra litteras Petilianas II c. 51 (CSEL LII 88), zitiert. An beiden Stellen Paraphrasierung von Matth. 23, 2f. (wie Z. 122). Vgl. insbesondere auch CSEL XXXIV 610.*

⁶¹) *Ebenso in De usu communionis* (Nr. 171) p II 2 f. VII^r und *im Sendschreiben an die Böhmen 1452 X 11 (p II 2 f. XXVI^r) sowie im Dialogus* (Nr. 488) n. 27 (dort im Apparat ausführliche Zitierung der Stellen). *Vgl. auch Koch, Über eine Handschrift 131f. (= Koch, Kleine Schriften I 593f.). Zum Thema s. E. Meutben, Nikolaus von Kues und die Geschichte, in: MFCG XIII 246ff. S. auch unten Nr. 520 Z. 602f.*

⁶²) *Die in Anm. b zu RTA XV 769 geäußerte Vermutung einer Textlücke nach Cipriano dürfte unbegründet sein; schon das (in RTA übersehene) nachfolgende et führt zu einem grammatikalisch einwandfreien Text, der darüber hinaus aber noch durch entsprechende Textparallelen in De usu communionis (p II 2 f. 6 VI^v): uti fuit circa baptismum hereticorum sancti Cypriani et septem (!) episcoporum, de quo late per Augustinum 'De baptismo' *usw.*) und De conc. cath. (n. 27: Cyprianus enim et totum concilium 70 episcoporum diversi fuerunt in fide a catholica ecclesia *usw.*) abgestützt wird. Übereinstimmend auch Johann von Segovia, in: RTA XV 673 Z. 35f., nach Augustinus, De baptismo contra Donatistas II c. 4; CSEL LI 179 (s.u. nächste Anmerkung).*

⁶³) *Dieselbe Zahl auch bei Johann von Segovia; RTA XV 673 Z. 35 mit Anm. 14. Der Augustinus-Text (CSEL LI 177 Z. 2) hat dagegen lediglich: episcopi plurimi. Etwas später (205 Z. 17) nennt Augustinus im Anschluß an Cyprian (Ad Iubaianum; CSEL III, II 779) die Zahl septuaginta et unum.*

⁶⁴) *De baptismo contra Donatistas II c. 1–6; CSEL LI 174–184.*

retici, licet postea post hoc hec assertio sit heresis declarata. Quare puto, quod non sit recedendum a sententia sanctorum patrum, scilicet quod ecclesia sine papa diffinire non debeat in fide, cum per abstinenciam diffinicionis non sit periculum salutis, cum in diffinicione, in qua pontifex non consenciet, fit periculum, quia, cum quisque errare possit et non omnes simul, potest veritas ita in pontifice salvari sicut in aliis, et potius pro pontifice presumendum, pro quo Christus oravit etc. Sed ubi papa hoc casu contradicente tota ecclesia decernere vellet aliquid, dico, quod ex quo ecclesia hoc non recepit, neminem obligat hoc decretum – iiii di. ‘In istis’ cum se(quentibus)⁶⁵), sicut nec econverso in materia fidei, si papa catholico et fideli existente ecclesia decerneret eo non consenciente, ut in allegato c. ‘Quociens’ iuncta glo. cum si(milibus).⁶⁶) Sic reperimus aliqua apud apostolicam sedem aliquando teneri, que alibi non ita observabantur, ut in sententia de sacramentis hereticorum, ubi aliter tenuit Stephanus papa et successors sui, quam ecclesia Carthaginensis⁶⁷); nec fuit propterea aliquis ex ecclesia Carthaginensi hereticus, quousque universa ecclesia doctrinam apostolice sedis recepit. Unde quamvis hoc ita sit, tamen, ut nuper allegavi⁶⁸), non reperitur Romanam ecclesiam secutam unquam fuisse doctrinam et observanciam in fide aliarum ecclesiarum orbis, sed econverso alie ecclesie orbis illius doctrinam, quam eciam, si aliquamdiu resisterent, tamen finaliter semper receperunt, ut legitur in viii Constantinopolitano concilio universali.⁶⁹) Ex quo presumere debemus illum summum pastorem non fieri cecum, quia non est doctrina illius sedis hominis, sed Christi, ut ait Augustinus contra Donatistas⁷⁰); et non est periculum in non recipiendo eius doctrinam, quam non videmus ab ecclesia receptam. Quapropter, quamvis id, quod ecclesia ita faceret in materia fidei dissenciente catholico pontifice, non debeat censi de necessitate salutis catholica fides, tamen, quia potest consuetudo ecclesie dici, puto, cum nichil periculi sit Romani pontificis sententiam tunc non acceptare, quando universa ecclesia eam non acceptaret, quod tunc ecclesie consuetudo potius amplecti posset secundum c. ‘Legimus’ xciii di.⁷¹) Non tamen credo casum hunc evenire posse umquam, quod in materia fidei ecclesia una sit divisa; nam unitas ecclesie ex ‘grege et pastore’ unitur.⁷²) ‘Unitas’ autem ‘divisionem non’ patitur.⁷³) Quare puto casum illum numquam inesse dabilem, sicut nec datus est hucusque. Numquam enim reperitur pertinacia fuisse in pontifice quo ad doctrinam fidei, quin se papa aliis conformaret, neque pertinacia in ecclesia reperta aut reperibilis est, quin vera ecclesia semper in

143 am Rand Ecce bene 147 Romanam: humanam 147–148 aliarum ecclesiarum: alias ecclesias 148 orbis nur in der Reklamante am unteren Rand 150 universali: universali concilio

⁶⁵) c. 3–6 D. IV; doch hier vor allem die entsprechenden Dicta Gratiani.

⁶⁶) c. 12 sowie c. 5–17 C. XXIV q. 1. Dazu Johannes Theutonicus s.v. Reconciliat (wie oben Anm. 57): Arguitur, quod sententia totius ecclesie preferenda est Romane, si in aliquo sibi contradicant . . . Sed contrarium credo, nämlich: nisi erraret usw. wie oben.

⁶⁷) Zu dem hier angezogenen Ketzertaufstreit (Mitte 3. Jb.) s. W. Marschall, *Karthago und Rom. Die Stellung der nordafrikanischen Kirchen zum Apostolischen Stuhl in Rom*, Stuttgart 1971, 85–93.

⁶⁸) Vgl. etwa Nr. 475 Z. 9ff. und Nr. 476 Z. 14ff.

⁶⁹) Die Formulierung finaliter semper erinnert an Nr. 480 Z. 16f. Zur Sache s. COD 167: Kanon II des vierten Constantinopolitanum.

⁷⁰) In RTA XV 769 nicht identifiziert. Der Verweis auf De baptismo contra Donatistas VI c. 2 (CSEL LI 300; Pharisaei caeci Z. 41) dürfte jedoch zutreffend sein, wenn damit c. 24 (LI 320–322) kombiniert wird.

⁷¹) c. 24 D. XCIII (Hieronymus). Dort heißt es u.a.: Si auctoritas queritur, orbis maior est urbe usw. Quid mihi profers unius urbis consuetudinem?

⁷²) S.o. Nr. 473 Z. 3 mit Anm. 3.

⁷³) Nach c. 18 C. XXIV q. 1 (Cyprian, De ecclesiae catholicae unitate); s.o. Nr. 473 Z. 6 mit Anm. 5.

communione veri capitis remaneat, 'eciam si multitudo discesserit'⁷⁴), ut dicit sanctus Ciprianus in epistola ad Florencium et ad Puppianum⁷⁵) et alii doctores etc.

165 Item queritis: quomodo papa non possit esse scismaticus⁷⁶), cum possit absolute parti se dividenti adherere. Respondeo: Reperitur 1^{ma} q. vii 'Quociens'⁷⁷), quod volens de scismate reverti ad ecclesiam debet iurare se velle tenere unitatem ecclesie et 'communione Ro(mani) po(ntificis)'. Hoc non potest habere locum in papa. Unde, ut ait sanctus Ieronimus, scisma est discessio ab episcopo et ecclesia; 24. q. 3. 'Inter scisma'⁷⁸) Et est hoc faciliter intelligibile, quia scisma si est discessio ab ecclesia, tunc, cum ecclesia sit una ex unitate 'gregis et pastoris' — et sic in episcopo: 1. q. vii <'Si quis'⁷⁹) —, statim constat non posse facere scisma nisi subditum; et ideo, si superior, videtur se a subditis separare. Hoc tamen non est verum, si est catholicus; sed potius subditi se separant ab eo. Nam cum alii fideles maneant cum eo, tunc manifestum est unam ecclesiam ibi esse, ubi reperiuntur fideles cum
175 pastore fideli uniti, quamvis eciam illi pauci sint⁸⁰), ut dicit sanctus Ciprianus loco preallegato.⁸¹) Quare alii, eciam si multi fuerint, se ab ecclesia separarunt. Unde non video papam facere posse scisma, quamdiu fuerit catholicus, et non potest parti se dividenti adherere, cum non sit pars dividens, que capiti catholice adheret.⁸²)

Subiungitis: Item, ut intellexi, si iam papa mille congregasset episcopos pro certis ecclesie⁸³), in istis eciam pendentibus posset mandatum suum revocando eos licite dissolvere, vel an isti possunt iuste sistere et ecclesie necessitatibus eciam invito papa providere et similiter de aliis occurrentibus necessitatibus manifestis ecclesie se intromittere? Respondeo: quod dissolvere concilium non est aliud quam absolvere vel tollere mandatum⁸⁴), per quod astringuntur episcopi aut subditi per viam obediencie convenire et remanere, quousque li-
185 cencientur.⁸⁵) Unde⁸⁶) si est causa talis, propter quam convenerunt episcopi⁸⁷), que ex sui

166 dividenti *verbessert aus* dividente 1^{ma} *verbessert aus* liii 171 <Si quis>: Debes 175 *nach* sanctus *getilgt* Petrus 177 parti: parte 180 posset: possit 183 *am Rand* Quid est dissolvere concilium

⁷⁴) Krämer, *Ekklesiologische Auseinandersetzung* 214 Anm. 39, und; *Konsens* 103f. und 176, hat diese Stelle erstaunlicherweise als Beweis für die Übernahme der ockhamschen Restlehre durch NuK bezeichnet. Auch abgesehen von dem dabei zugrunde gelegten mißgestalteten Text (quando statt richtig quin in Z. 162) ließe sich daraus, wenn es hier überhaupt um Ockhams Restlehre ginge, eher das Gegenteil ableiten (wie es übrigens schon in Z. 138–140 ganz ausdrücklich formuliert worden ist); denn NuK betont ja gerade, daß der Papst nicht auf seine Einzelmeinung poche, sondern sich mit den anderen in Übereinstimmung bringe wie vice versa. Unter seinen Äußerungen der 40er Jahre dürfte kaum eine Stelle so klar wie diese die Wechselseitigkeit formuliert haben. Über die in diesen Bemerkungen von Nr. 481 zur "gegenseitigen Korrektur von Papst und Konzil" beobachtete "gewisse Nähe zu der von Ockham zu d' Ailly oder Panormitanus reichenden Tradition" s. dagegen wesentlich abgewogener Schüssler, *Primat* 201f.

⁷⁵) CSEL III, II 733. Dieselbe Stelle schon in *De conc. cath. n. 58*.

⁷⁶) S.o. Nr. 480 Z. 28f.

⁷⁷) c. 9 C. I q. 7.

⁷⁸) c. 26 (Inter heresim et schisma) C. XXIV q. 3: scisma post episcopalem discessionem ab ecclesia pariter separat.

⁷⁹) c. 22 C. I q. 7.

⁸⁰) S.o. Nr. 468 Z. 87.

⁸¹) S.o. Anm. 75.

⁸²) S.o. Nr. 469 Z. 16ff.

⁸³) S.u. Nr. 484 Z. 60.

⁸⁴) S.u. Nr. 484 Z. 60f.; Nr. 520 Z. 856–858. Ebenso Nr. 480 Z. 73f.

⁸⁵) S.o. Nr. 479 Z. 11f.

⁸⁶) Zum folgenden s. auch *Dialogus* (Nr. 488) n. 11 Z. 9ff. mit Anm.; dort weitere Hinweise auf *De conc. cath.*

⁸⁷) S.o. Nr. 480 Z. 8ff.

natura finem absque sententia Romani pontificis accipere nequit, ut est fidei vel deposicionis episcopi etc.⁸⁸⁾, credo illos nichil posse neque in aliis, que universalem statum ecclesie concernerent, ubi universalis ecclesie episcopus sive ecclesie antistes, ut universa fatetur ecclesia in oracione parasceves pro papa⁸⁹⁾, deesset, sicut de suffraganeis absque metropolitano dicitur quo ad universam provinciam in c. ‘Nullus primas’ 9. q. 3.⁹⁰⁾ Sed sibi et suis ec- 190
 clesiis providere possent, ut ibidem, licet ad eorum statuta absentes non obligarentur. Unde quamvis videatur secundum casum dabilem hoc durum, quod illi non possent se de spectantibus ad apostolicam sedem et universalem ecclesie statum intromittere propter periculum, tamen periculosissimum foret dicere contrarium⁹¹⁾, scilicet quod subditi hoc possent facere, quia rebellio, inobediencia, scisma et infinita mala ex hoc facilius sequerentur, 195
 quando ex causa, quam ipsi necessitatis iudicarent, in concilio multi aut pauci existentes dissolutione non obstante facere illa possent, ut bene conspici potest. Quare dici oportet tantum illos posse tunc post absolucionem et sublacionem mandati, quantum potuissent, si simul ante mandatum convenissent. Et quia quilibet episcopus sue diocesi et synodus provincialis provincie et nacionalis synodus nationi absque eciam convocacione Romani pontificis necessitatibus occurrentibus providere potest, et ubi providere non posset, puta in 200
 reservatis apostolice sedi, nullum sibi periculum imminere potest, ut superius dixi, hinc ista via palpabiliter racionabilis, iusta et laudanda conspicitur.

Queritis: quomodo premissa stent cum decreto ‘Frequens’ et aliis duobus capitulis de potestate generalium conciliorum Constancie editis⁹²⁾, precipue tamen illud a me intellec- 205
 tum⁹³⁾, quod sine consensu pape non possit esse concilium.⁹⁴⁾ Dico: quod c. ‘Frequens’ non loquitur nisi de tempore, quando concilia ordinaria salva prevencione Romani pontificis celebrari debebant, in quo c<asu> intervenit consensus tocius ecclesie, pape et omnium; et stat optime illud capitulum cum premissis. Sed alia capitula, que dicunt, quod omnes, ‘eciam papalis dignitatis, tenentur obedire concilio in hiis, que ad fidem, ad reformationem 210
 ecclesie in capite et membris et ad ea pertinentibus’ spectant: quo ad fidem semel diffinitam non habet dubium, quia papa tenetur omni diffinicioni fidei semel in concilio facte obedire; nam ut premissum est, ad diffinicionem fidei Romani pontificis fidelis consensus intervenire debet eciam in concilio. Quare illa diffinicio amplius est absque dubio, quia concilium universam militantem ecclesiam representans, scilicet caput et membra, per omnium con- 215
 sensum illam fecit. Quo ad reformationem in capite et membris eciam verum est de concilio universam militantem ecclesiam representante, hoc est in quo reperitur consensus ecclesie in capite et membris.⁹⁵⁾ Si igitur tale fuerit concilium, quis dubitat eciam papam obedire debere diffinicioni, in quam ipse vel suus predecessor ac universa ecclesia consensit? Hoc est dicere, quod ipse non debet aliquid contra bene sic diffinita presumere, sed obedire ac sequi 220

208 c<asu>: c aufgelöst c(apitulo) RTA 216 illam: illum nach membris getilgt si – concilium wie später Z. 218

⁸⁸⁾ S.u. Nr. 484 Z. 34f.

⁸⁹⁾ *Zweite Karfreitagsfürbitte*. S.o. Nr. 468 Z. 38f.

⁹⁰⁾ c. 7 C. IX q. 3.

⁹¹⁾ *Zur Bedeutung des periculum* s.o. Nr. 468 Anm. 62.

⁹²⁾ *Nämlich* Haec sancta, Et primo declarat und Item declarat quod quicumque; COD 409.

⁹³⁾ Vgl. Nr. 475 Z. 19 und Nr. 476 Z. 18–20.

⁹⁴⁾ Vgl. Nr. 476 Anm. 17.

⁹⁵⁾ *Ähnlich im Dialogus* (Nr. 488) n. 19 Z. 12f. nach Cogitanti; *Mansi* XXIX 248–250; *MC II* 242–244.

debet in edificacionem ecclesie illa decreta.⁹⁶⁾ Ubi autem non servirent secundum personam, causam, locum et tempus edificacioni ecclesie, papa princeps est⁹⁷⁾ et commissionem a Christo habet, que in edificando limitari nequit.⁹⁸⁾ Quare epikeya tunc uti potest absque preiudicio decreti⁹⁹⁾; 1. q. vii 'Necessaria'¹⁰⁰⁾ et c. 'Quod pro remedio'¹⁰¹⁾ etc.

225 Quando additis: 'precipue tamen' etc., dico: quod ad celebracionem concilii universalis consensum et auctoritatem Romani pontificis necessarium esse¹⁰²⁾ iure divino et humano sancitum est, eciam ubi de ipso tanquam de suspecto de heresi iudicari deberet¹⁰³⁾; in glo. 'Hinc eciam' xvii di.¹⁰⁴⁾ Sed an in omnibus, que ibi in concilio congregato agitantur, eius consensus sit necessarius, dico: quod non possum reperire, quod in hiis, que ad utilitatem

230 ecclesie <pertinent>¹⁰⁵⁾, et ad ea, que specialiter illi sedi semper fuerunt reservata, non requiratur eius consensus, quia non est minoris potestatis in concilio quam extra concilium. Et ¹⁰⁶⁾ ut ex practica omnium conciliorum preteritorum legitur, nullum tale sine eius consensu umquam reperitur attemptatum, et si attemptatum, tamen firmum non censebatur ante eius confirmacionem et subscripcionem, ut dicit c. 'Ysodorus'¹⁰⁷⁾, 19. di. 'Si Romanorum'¹⁰⁸⁾, xcvi di. 'Bene quidem'.¹⁰⁹⁾ Quare dicere, quod episcopi in concilio possint in materia reformationis legem coercivam aut penalem edere in papam eo se non submittente vel

235 consenciente, non possum videre verum esse¹¹⁰⁾, quia tales non possunt dici concilium universale universalem militantem ecclesiam representans, quando deest consensus summi pontificis. Si igitur nec episcopi in concilio secluso papa sunt maioris potestatis quam ante

240 nec papa minoris quam ante, sed simul unum concilium, quod omnia potest in concordia et consensu¹¹¹⁾, tunc clarum est id, quod dico. Si dicitur episcopos plus potestatis habere, nescio, unde illa eveniat, nisi ex unitate cum capite. Quare sicut episcopi in concilio iudicarent inconueniens solum Romanum pontificem reformationem membrorum ipsis inconsultis et non consencientibus facere, ita e converso inconuenientius videtur episcopos de capite et

245 de hiis, que ad caput spectant, posse ordinare. Et quamvis videatur illis, qui ponunt per casum papam pessimum velle ecclesiam dei destruere, hoc inconueniens, quod episcopi non possunt sine eius consensu se de ad caput spectantibus intromittere, tamen maius sequeretur inconueniens, si diceretur eos illa posse, quia eodem modo sequeretur, quod possent se

223 potest: potest potest 234 19. di.: 19. di. 19. di 235 xcvi über getilgt xvi 237 tales: tales quando 246 am Rand Commemorat Basiliens(es)

⁹⁶⁾ S.o. Nr. 408 Anm. 49.

⁹⁷⁾ S.o. Nr. 475 Anm. 18.

⁹⁸⁾ S.o. Nr. 448 Z. 44f. mit Anm. 17.

⁹⁹⁾ S.o. Nr. 479 Anm. 10.

¹⁰⁰⁾ c. 6 C. I q. 7.

¹⁰¹⁾ c. 7 C. I q. 7.

¹⁰²⁾ Zum päpstlichen Konsens s.o. Nr. 476 Anm. 17. Über die entsprechende auctoritas s.o. Nr. 476 Anm. 44.

¹⁰³⁾ S.u. Nr. 520 Z. 466f.

¹⁰⁴⁾ Johannes Theutonicus zu post c. 6 D. XVII: quod ad papam spectabat convocare concilium . . . , quod episcopi ibi congregati auctoritate eiusdem Symmachi interveniente . . . decreverunt usw.

¹⁰⁵⁾ S.o. Nr. 520 Z. 633f.

¹⁰⁶⁾ Ähnlich, teilweise wörtlich, Dialogus (Nr. 488) n. 31 Z. 10-14.

¹⁰⁷⁾ c. 4 D. XVI.

¹⁰⁸⁾ c. 1 D. XIX.

¹⁰⁹⁾ c. 1 D. XCVI.

¹¹⁰⁾ S.o. Z. 227.

¹¹¹⁾ S.o. Nr. 468 Z. 64.

eciam sine pape consensu congregare et de illis propter pape maliciam intromittere, et congregatis scisma faciendi et rebellandi occasio daretur. Que omnia periculosiora sunt quam 250 pape deformacio, que ecclesiam destruere nequit; nam propter maliciam presidentis nulla est dabilis necessitas ad scisma faciendum, ut ait Augustinus¹¹²⁾, cum contra deformationem capitis absque hoc, quod caput tangatur, evitandi scismatis causa ecclesie sibi possunt providere. Constat igitur iam, quod verius et eligibilis, quando malus pontifex ecclesie obesse nequit, ut hoc consultius sit asserere, quod potius malus pontifex toleretur, quam 255 quod occasio detur propter malum ecclesiam dividendi et bono non obediendi.¹¹³⁾ Credo tamen hiis dubiis, que sunt questiones ecclesiam non edificantes, potius decisionem dandam non esse quam dandam, quia nemo est, qui non credat, si papa nollet ecclesie necessitatibus providere et ubi periculum¹¹⁴⁾ destructionis ecclesie foret, ecclesiam posse sibi providere. Et eciam nemo dubitat, si episcopi aliqui congregati attemptarent aliqua contra unita- 260 tem et bonum publicum religionis christiane¹¹⁵⁾, sive in fide, sive in moribus, quin pontifex possit resistere et impedire. Sed quando ex istis universalibus rationibus debemus legem trahere ad casum particularem, difficultates occurrunt, ex quibus videmus expedire decisionem non fieri, ut ecclesia melius subsistat. Nam pro bono ecclesie est, quod omnes fideles in timore vivant et presumptio non animetur.¹¹⁶⁾ Hinc inde ita ista dixerim, licet non omnia 265 pro nostro casu videantur necessaria, paratus semper in omnibus iuxta posse complacere etc.

255 toleretur: tolleretur 257 tamen: tamen quod.

¹¹²⁾ *S.o.* Nr. 480 Z. 98.

¹¹³⁾ *Ebenso* Dialogus (Nr. 488) n. 33 Z. 11–15: *Malitia igitur eorum non obest ecclesie usw.* Nulla est igitur provisio contra eius malitiam iusta, que posset in perniciem ecclesie tendere. *Ferner* Nr. 520 Z. 512–514.

¹¹⁴⁾ *S.o.* Z. 193f.

¹¹⁵⁾ *S.o.* Nr. 468 Z. 129f.

¹¹⁶⁾ *S.o.* Nr. 468 Z. 90f. mit *Anm.* 63.

1441 April 3, Mainz.

Nr. 482

NvK an Kardinal Cesarini. Er berichtet über die jüngsten Vorgänge in Mainz, im besonderen über seine erfolgreiche Rede am 29. März.

Or. (aut., abgesehen von der Außenadresse), Papierblatt mit Pressenschlitzen und Spuren von rotem Verschlusssiegel: ROM, Bibl. Vat., Vat. lat. 3908 f. 238^{rv}. Zum Inhalt dieser Sammel-Hs. s. Kristeller, Iter II 365, und vor allem M. Regoliosi, Nuove ricerche I 123–189 (Provenienz: Giovanni Tortelli, Bibliothekar Nikolaus V.). Die Aufnahme des NvK-Briefs in die Sammlung Tortellis deutet, über das schon bekannte enge Verhältnis des Humanisten zu Cesarini hinaus, auch persönliche Beziehung zu NvK an, wovon schon oben in Anm. 13 zu Nr. 329 die Rede war. Erste Hinweise auf das NvK-Autograph bei Mercati, Traversariana 1 Anm. 2, und durch R. Klibansky im Vorwort zur Edition von De pace fidei, in: Mediaeval and Renaissance Studies, Suppl. III (1956) = h VII p. LI f. Bei Kristeller a.a.O. irrig als "letter to the pope" bezeichnet. Vgl. auch Regoliosi 125 und 188f. Nr. 302. Dem NvK-Brief Nr. 302 schließt Regoliosi 189 als Nr. 303 das in der Hs. f. 239^r–240^r folgende Schriftstück mit der Bemerkung an: "Stessa scrittura della lettera precedente". Es handelt sich indessen nicht um die Hand des NvK, sondern um die Schriftzüge Cesarinis, der hier eine Stellungnahme zu verschiedenen Basler Avisamenten entwirft; vgl. E. Meuthen, Eine bisher unerkannte Stellungnahme Cesarinis (Anfang November 1436) zur Papstgewalt, in: Quellen u. Forsch. aus ital. Arch. u. Bibl. 62 (1982) 143–179.